Universitätsbibliothek Paderborn

De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm, Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani Prouincias, Liber Singvlaris

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

Scantae Mariae Collegivm Vltraiectinum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

Visual Library

muniat inconuulſam, & quidquid exinde fiſcus noſter poterat ſperare luminaribus Eccleſiæ in perpetuũ proficiat in augmentis. Et vt hæc auctoritas tã præſentibus, quàm & futuris temporibus, Deo adiutore, poßit perſtare, ſubter eam manu propria decreuimus roborare. Signum glorioſi Regis Francorum Pippini, Vniueramius recognoui.

Atque hæc quidem diplomata, ex Ioanne Gerbrando Leidenſi, & Guilielmo Heda deſumpſimus; quæ etſi multis locis obſcuriora, nec ſatis accuratè ab ipſis tranſcripta ſint, ob antiquitatem tamen veneranda, & noſtris in ſcriptis conſeruanda eſſe exiſtimauimus.

S. PETRI, ITEMQVE S. IOANNIS Baptiſtæ collegia, in vrbe Vltraiectina.

DVo iſta collegia Canonicorum fundauit *Bernulphus* Epiſcopus Vltraiectinus, qui obijt anno centeſimo quinquageſimo quarto, anno Epiſcopatus ſui quinto & viceſimo.

SANCTAE MARIAE COLLEGIVM Vltraiectinum.

EXcitatum eſt collegium iſtud vnà cum templo, anno milleſimo octogeſimo primo à *Conrado* Epiſcopo Vltraiectino, qui idem templum anno 1092. ſolenniter conſecrauit.

ARNHE-